Alexander Episcopus servus servorum Dei Venerabili fratri Episcopo Col-
mensi Salutem et apostolicam benedictionem. Exhibita nobis dilecto-
rum filiorum magistri et fratrum hospitalis S. Mariae
Teutonicorum petitio continebat, quod cum olim dudum
per sedem apostolicam et Legatos ipsius fuerit ordinatum
ut quidam magister et fratres duas partes terrarum prussiae
quas possent eripere de manibus paganorum liberam
et episcopi locorum ipsorum tertiam earundem terrarum
deberent obtinere, Magister et fratres predicti iuxta ordina-
tionem huiusmodi terram diocesis Varmiensis cum venerabili
fratre nostro Varmiensi Episcopo sponte et concorditer di-
viserunt prout in patentibus litteris eiusdem Episcopi con-
fectis, communito ac suo et dicti magistri sigillo signatis
plenius continetur, Nos igitur eorundem magistri et
fratrum supplicationibus inclinati fraternitati tuae
per apostolica scripta mandamus quatenus divisionem
huiusmodi sicut provide facta est, et ab utraque parte sponte
recepta et hactenus pacifice observata faciás auctoritate
nostra appellatione remota firmiter observari, non
obstante si aliquibus a sede apostolica sit indultum, ~~[illegible]~~
quod suspendi vel interdici aut excommunicari non pos-
sint per litteras apostolicas nisi de indulto huiusmodi plenam
et expressam seu de verbo ad verbum in eis mentionem habea-
~~1244~~ tur Datum Neapol VI Idus Martii pontificatus nostri
1256 Anno primo.

iiij. Alexander Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis
magistro et fratribus hospitalis S. Mariae Teutonicorum
in Prussia Salutem et apostolicam benedictionem Cum a no-
bis petitur quod iustum est et honestum, tam vigor

equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per solli-
citudinis nostri officii ad debitum perducatur effectum.
Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat,
Quod cum iam dudum per sedem apostolicam et Lega-
tos ipsius fuerit ordinatum ut vos duas partes
terrarum Prussie, quas postea eripuistis de pagano-
rum manibus haberetis, et Episcopi locorum ipsorum
terciam earundem terrarum haberent obtinere
Vos iuxta ordinationem huiusmodi terram dioc. War-
miensis cum venerabili fratre nostro Warmiensi Episcopo sponte
et concorditer divisistis prout in patentibus litteris
eiusdem Episcopi confectis exinde ac suo et hospitalis vestri
sigillis consignatis plenius continetur. Nos itaque vestris
supplicationibus inclinati divisionem huiusmodi sicut
provide facta est, et ab utraque parte sponte acceptata
et hactenus pacifice observata auctoritate apostolica confir-
mamus et presentis scripti patrocinio communimus. Te-
norem autem litterarum ipsarum de verbo ad ver-
bum presentibus fecimus annotari qui talis est. In
nomine domini Amen. Nos frater Anshelmus ordinis hospi-
† Varmia talis S. Marie Ierosolimitani dei gratia Episcopus Warmiensis
presentem literam inspecturis notum facimus uni-
versis, Quod nos et fratres domus Theutonicorum
in Prussia iuxta mandatum apostolicum Warmiensem dio-
cesim dividentibus in tres partes illam terciam elegi-
mus partem que in medio sita est terrarum predictarum
que continet civitatem de Brunsbergk in qua sedem
Cathedralem nostram decrevimus collocandam, et
ne determinationis possit in posterum dubietas oriri

dicio terminis propriis nominibus et circum-
scriptionibus duximus subscribendos per mitigan-
ationem devotionis factae a nobis, considerantes
enim quod fidelis fratribus contra bellorum assertionem commissa
et finitimas partes nostrae terrae a paganis quotidie
impugnari. Unde [illegible] nobis, nos in medio collo-
cari ut ipsi nobis essent defensionis clipeus et
tutela. Incipientes siquidem a monte maris ubi
fluvius influit fluminis Runa ascendendo usque ad nemus
abietum [illegible], quod ad nos pertinet, a quo dicitur graditur
usque ad nemus quod dicitur [illegible] et [illegible] versus
occidentem. Nemoris per [illegible] nemoris medium eundo
usque ad fluvium Alnae. Ita quod ille locus fluvii di-
stat a vado qui dicitur Kalz in descensu per dimidium
miliare ultra quam nimirum fluvium Alnam
graditur [illegible] versus meridiem ad nemus quod
Lindenziradde appellatur. Deinde a medio prae-
ti nemoris ad sinistram manum descendendo ad
rivum [illegible] Sekotulle a quo rivo versus
montem graditur usque ad silvam quae [illegible]
appellatur. Item a monte maris ubi influit fluvius
[illegible] Varnser per miliare et dimidium et a monte ma-
ri ascendendo usque ad duo miliaria ad fluvium qui
Banda nominatur, a qua Banda usque ad [illegible]
Ita quod ille locus distat ad per dimidium miliare a
vado qui dicitur Clementbrechts, Inde postmodum
fluminis Saria ascendimus usque ad suum ortum [illegible]
per medium terrae nostrae et fratrum, quae nobis et ipsis
est communis. Ita quod medium [illegible] ubicumque
in terrae nostrae et eorum, sicut et in monte maris, et

in aliis aquis in nostris terminis dividat nos et ipsos
a quo etiam praefatae fratres usque ad campum qui dicitur Cur
scheditt(?) sursum ad miliare ascendendo usque ad rivum
praefatum Beuthen(?), ista quoque loca castri Resel obtineant
versus Polonam in miliare quod rivum praefatum
Pasloclitavit(?) inter praefatos duos terminos in longi
tudinis dividendum et quicquid in praefatis terminis in
cluditur praefata parte, et quoque silvam inter limitem(?)
et sanam et praefatum rivum versus mare Et nam(?) quae
dicit rivis ad nostram dioecesim transitum(?) perti
nere Cuiusque vero extra hos terminos continetur
in praedictorum fratrum partem cedit ad omnis rei
complementum robur sigilli nostri et nostri munimine
praesens scriptum duximus corroborandum Acta sunt
haec in Castro de Colmen Anno domini Millesimo
ducentesimo quinquagesimo quinto xi Kalendas
Januarii Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam
nostrae confirmationis infringere vel ei ausu te
merario contraire Si quis autem hoc attemptare prae
sumpserit indignationem Dei omnipotentis et
beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit
1256. incursurum Datum Neapoli xi Idus Martii
Pontificatus nostri Anno ——— primo.
Frater Anselmus divina permissione Varmiensis Episcopus salutem
et bonum in domino. Notum esse cupimus tam praesentibus
quam futuris Quod maturo et sano usi consilio nostrorum
quibus dioecesim nostram totam in tres partes, quae quondam
a fratribus domus Teutonicae subiugata fuit, cum